

Fuero de Nágera



...

Inffancion hereditarius in Nagara, vel vicinus de Nagara, non potest, nec debet aducere aliud ganatum ad terminum de Nagara pascendum, nisi tantum illud ganatum quod associaverit in die Sancti Iohannis Baptiste.

Et habet plebs de Nagara medianetum cum hominibus de **Chemelio** usque in Bannos in Petra Cidadera et de Petra Cidadera et de Bannos ad sursum usque in caminum Sancti Martini de Zahara; et de camino ad sursum cum illis de valle in Sancti Cirici de Maçanares et cum illis de Trascollado in Genestaça et cum illis de valle de Canalibus in Lacunella, et cum illis de quinque villis in Sancta Columba de Anguidanos et cum illis de Camero novo usque in agosto in Sancta Columba de Veçares; et de Gusto ad sursum usque in Ebrum in Ventosa, et cum illis de ultra Ebrum usque in Asam in Munella; et de Asa usque in Paganos in Ortigosilla; et de Paganos ad sursum, et cum illis de la subserra in Ebriones. Et isti supradicti sunt termini de Nagara propter Munellam que est medianetum.

Et si aliquis homo pro qualicumque re excepto furto se misserit in casa de qualicumque vicino de Nagara non debet esse incalcatus de illa guerta ad intus; et quicumque incalcaverit eum in casa de inffancion debet CCL solidos, in casa de villano C solidos.

...